



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCXXXIX. Markgraf Hermann von Brandenburg bekennt im Dorfe  
Ottleben, über die Besitzungen des Klosters Marienthal bei Helmstädt,  
welche früher dem Stifte Hammersleben zugehörig gewesen, nicht die ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

eciam omni Juri, quod nobis nostrisque successoribus in telonio, quod hucusque in prefata Ciuitate fuit, sed inolevit, competebat seu futuris temporibus competere potest, dictum telonium in prefata Ciuitate Luban perpetuis temporibus relaxamus publice in his scriptis, Volentes ut dicta nostra relaxacio seu donacio a nobis nostrisque successoribus seu veris heredibus prefatis Ciuibus in Luban inuiolabiliter obseruetur, et de cetero nullo unquam tempore in prefata Ciuitate Luban telonium recipiatur. Ut hec autem nostra donacio seu telonij relaxatio in Luban inuiolabiliter perseueret, presens ob maiorem evidenciam dedimus scriptum, Sigilli nostri munimine roboratum. Hujus facti testes sunt Bernhardus de Plozig, Fridericus de aluenfleue, Droifeko nostre curie dapifer, nostri milites et Vasalli, et alij quam plures fide digni. Datum Spandow, per manum Slotekini anno Domini millesimo trecentesimo sexto, dominica die, qua cantatur Judica me Deus.

Nach einer vom Polizeirathe Köhler zu Görtz mitgetheilten Abschrift aus Wiesners Laubaner Annalen. — Um dieselbe Zeit verzichtete auch Johannes dictus de Beberstein, der vermuthlich die Zolleinkünfte aus Lauban zu Lehn getragen hatte, mittelst einer eigenen Urkunde, auf alle Rechte an dieser Hebung. Lusat. super. dipl. cont. S. 9.

**CCCXXXIX.** Markgraf Hermann von Brandenburg bekennt im Dorfe Otteleben, über die Besitzungen des Klosters Marienthal bei Helmstädt, welche früher dem Stifte Hammerleben zugehörig gewesen, nicht die Vogtei, sondern nur die Grafschaft zu besitzen, und nur diese an die von Alvensleben und Heymburg übertragen zu haben, am 24. April 1306.

Ne veritas in obliuionem veniens intereat, necessario acta temporis scripture commendantur memoriis. Inde est, quod nos hermannus, dei gracia marchio de brandenburch, tenore presencium duximus dilucide recognoscendum et protestandum, quod nullam aliam habuimus aduocaciam in campis et in villa Otteleue prope Ofsleue, nec eciam nostri progenitores habuerunt super aliquibus bonis, nunc abbatis et conuentus monasterii vallif sancte marie, ordinis cisterciensis, halberstadenfis diocesis, que bona antiquitus fuerant canonicorum regularium in hamersleuen, seu eciam super bonis alijs quibuscunque, Sed Solam tantum ibidem Comeciam habuimus et habemus, ad nos Jure hereditario deuolutam, Sicut eam nostri progenitores a nobili viro domino friderico comite de kerkberch condigna pecunia compararunt. Et cum nullus possit plus Juris super re aliqua transferre in alium, quam sibi competere dinoscatur, non concessimus henrico et friderico fratribus dictis de aluenfleue uel eciam Annoni, filio Henrici de Heymburch militis felicitis recordacionis, aliud, nisi Solam tantum Comeciam in dicta villa Otteleue et in campis eiusdem et nullam penitus aduocaciam, sicut poterimus, si necessitas ingruerit, multorum testimonio approbare. In cuius rei evidens testimonium presentes litteras fideliter communitas decreuimus erogandas. Datum anno domini Millesimo CCC°. VI°. , dominica qua cantatur gaudete in domino semper.

Aus einem im 15. Jahrhunderte verfertigten, im Herzogl. Landeshauptarchiue zu Wolfenbüttel befindlichen Copialbuche des Klosters Marienthal.